



Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Virtute ac Sacrameto Pœnitentiæ

Bosco, Jean a

Lovanii, 1670

Concl. II. Satisfactio sacramentalis non causat ex opere operato gratiam sanctificantem, neque gratias actuales; sed remissionem pœnæ temporalis, vel totius, si est verè proportionata, vel alicujus ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73393)

tantum forma, moraliter tamen est multiplex pro multiplicitate Unctionum; veluti dum plures simul absoluntur hæc formæ: *Ego vos absolvo*; vel baptizantur simili formæ: *Ego vos baptizo*. Signum autem hujus moralis multiplicitatis est, quod forma possit reperi ad singulas Unctiones, sicuti de facto communiter reperitur. At verò nequit sacerdos dicere, quando pœnitens implet satisfactionem: *Ego te absolvo à pœna*, cum intentione conficiendi partiale Sacramentum. Magna ergo disparitas inter illas Unctiones & satisfactionem: ac proinde tametsi istæ Unctiones causarent distinctas gratias sanctificantes ex opere operato (de quo suo loco latius tractabimus) equidem Dico secundò:

CONCLUSIO II.

Satisfactio sacramentalis non causat ex opere operato gratiam sanctificantem, neque gratias actuales; sed remissionem pœnæ temporalis, vel totius, si est verè proportionata, vel alicujus partis, majoris aut minoris, secundum ejus æquivalentiam, & dispositionem pœnitentis.

6. Ratio primæ partis, quia non constat Deum voluntate satisfactioni dare talem effectum.

Veritas primæ partis, quanta quanta est, dependet à voluntate Dei, qui indubie potuit satisfactioni dare vim significandi & causandi gratiam ex opere operato, esse solum sit pars integralis, neque habeat distinctam materiam & formam Sacramenti; quia saltem habet distinctam materiam; & sicuti hæc materia ratione Absolutionis præteritæ significat & causat ex opere operato remissionem pœnæ, cur etiam non potuisset significare & causare, si Deus voluisset, gratiam sanctificantem? Non video ullam repugnantiam. Tota ergo questio est, an Deus voluerit, & per consequens dederit satisfactioni vim causandi gratiam ex opere operato?

Psalm. 113.

Conclusio nostra negat dedisse illam vim; quia non valet argumentum à potentia ad actum: scriptum quidem est de Deo Psalm. 113. v. 11. *Omnia quæcumque voluit, fecit*; sed nullam in Scriptura sacra lego: *Omnia quæcumque potuit, fecit*, vel: *Omnia quæcumque potuit, voluit*. Voluisse autem Deum dare satisfactioni vim sanctificantem ex opere operato, neque Scriptura sacra loquitur, neque exaratum invenitur in Patribus aut Conciliis. Igitur non est asserendum, quantumvis id videatur asserere D. Thom. 3. part. q. 90. a. 2. ad 2. *Dicen-*

dum (inquit) quod satisfactio confert gratiam prout est in proposito, & auget eam prout est in executione, sicut etiam Baptismus in adultis.

Dico: *Videatur asserere*; quia Lugo disp. 3. n. 2. existimat, hæc verba non debere explicari de augmento gratiæ sanctificantis proprie, & in omni rigore, prout Baptismus in executione confert augmentum gratiæ sanctificantis; sed intelligi posse de perfecto effectu gratiæ, peccatum abolentis, non tantum quoad culpam, sed etiam quoad pœnam. Ita enim loquitur Doctor Angelicus 4. dist. 16. q. 1. a. 1. quæstionculâ 2. ad 3. *Dicendum* (inquit) quod ex proposito satisfaciendi gratia confertur, quamvis satisfactio actualis gratiam præsupponat. Vel dicendum, quod per satisfactionem consequitur pœnitens perfectum effectum gratiæ peccatum abolentis; quia liberatur totaliter à reatu peccati, per remissionem scilicet pœnæ temporalis, quæ post acceptam justificationem per Contritionem vel Absolutionem, remanet exolvenda in Purgatorio.

Hinc Concil. Trident. sess. 14. c. 3. explicans quæ ratione Contritio, Confessio & Satisfactio sint partes Pœnitentiæ non ait: *Quatenus in pœnitente ad justificationem seu remissionem culpa requiruntur*; sed: *Quatenus in pœnitente ad integritatem Sacramenti, ad plenamque & perfectam peccatorum remissionem ex Deo institutione requiruntur*. Quid autem Conc. intelligat per remissionem plenam & perfectam, patet ex cap. 2. ibi: *Per Baptismum Christiani induentur, nova profusus in illo efficiuntur creatura, plenamque integram peccatorum omnium remissionem consequentes*, id est, remissionem omnis culpe & pœnæ: *ad quam novitatem & integritatem per Sacramentum Pœnitentiæ sui magis nostris studiis & laboribus, id est, sine satisfactione, divina id exigente iustitia, pervenire nequaquam possumus*.

Igitur ut satisfactio sit pars Pœnitentiæ, & unam aliquam quasi materiam constituat cum Contritione & Confessione, & unum aliquod integrum Sacramentum cum Absolutione non requiritur, quod causet gratiam sanctificantem; hæc enim sola non est effectus Sacramenti Pœnitentiæ; sed sufficit, quod causet remissionem pœnæ, quæ est altera pars effectus hujus Sacramenti, sicuti remissio pœnæ est altera pars effectus Sacramenti Baptismatis.

Et ideo bene comparat D. Tho. supra satisfactionem in executione Baptismo in executione; comparat, inquam, non quoad omnem effectum, sed quoad effectum remissionis pœnæ temporalis, ut sicut Baptismus in executione remittit pœnam, quam non remittit in proposito tantum; ita quoque satisfactio. Quod autem Baptismus simul confert gratiam sanctificantem, non ideo fit, quasi ad remissio-

remissionem; sed solum propter efficaciam gratiam.

Porro si tale Sacramentum, sed solum propter efficaciam gratiam, non esset necessarium; sed Pœnitentiæ consistit in alibi negavit ex opere operato, in

9. Sola Absolutio remittit delictum sacramenti.

Itaque Soteri & noluntioni, quam remittendam ita etiam dicitur, sine quo non remittitur alibi dicitur, remitti absolute ex Iniqua delectatione sanctificans actionem hanc per Sacramentum elevatur ad ratio, quæ sanctificantem sequens factum Sacramenti quiritum ad Contritio & Confessione remissionem.

10. Objectio.

Si dixeris remissionem pœnæ, quæ est altera pars effectus hujus Sacramenti, sicuti remissio pœnæ est altera pars effectus Sacramenti Baptismatis.

11. Alia objectio.

Respondet collatio prior remissionem adfert ablationem mutationem ralem: at vult fieri finem fuit. Atque ut tra Sacramentum pœnæ, qui puniatur ille, qui eam quentia; ergo pœnæ invenit constar nobis absque u Præterea factio præ-

remissionem poenae foret necessaria infusio gratiae; sed quia est integrum & totale Sacramentum, quod essentialiter definitur: Signum efficacis gratiae sanctificantis ex opere operato.

Porro satisfactio non est integrum & totale Sacramentum, immo nec pars essentialis, sed solum pars integralis (ut probavimus Concl. praecedenti) ergo ex hac parte non est necessarium, quod causet gratiam sanctificantem; sed sufficit, quod ipsum Sacramentum Poenitentiae (quod secundum nos essentialiter consistit in sola Absolutione) illam causet. Hinc etiam ipsi Contritio & Confessio alibi negavimus effectum gratiae sanctificantis ex opere operato; quanto magis eum negare oportet, in sententia Scoti, satisfactioni?

Itaque definitio Sacramenti, secundum Scoti & nostra principia, soli competit Absolutioni, quae sicut remittit culpam, & ad illam remittendam est specialiter a Christo instituta; ita etiam debuit causare gratiam sanctificantem, sine qua secundum legem ordinatam Dei non remittitur peccatum mortale, ut patet ex alibi dictis: poenam autem temporalem posse remitti absque infusione gratiae, liquet profecto ex Indulgentiis & Sacrificio Missae, per quae deletur poena, est non infundatur gratia sanctificans: ergo idem fieri poterit per satisfactionem sacramentalem, quae talis dicitur, quia per Sacramentum, id est, Absolutionem, elevatur ad remissionem poenae ex opere operato, quae est aliquod complementum gratiae sanctificantis & remissionis culpae; per consequens satisfactio aliquod complementum Sacramenti Poenitentiae seu Absolutionis, requisitum ad remissionem poenae, sicuti Contritio & Confessio sunt aliquod requisitum ad remissionem culpae.

Si dixeris: Absolutio una cum culpa remittit poenam; ergo satisfactio una cum remissione poenae causat gratiam sanctificantem.

Respondet N. C. Ratio disparitatis: quia collatio primae gratiae, quae necessaria est ad remissionem culpae mortalis, necessario secum adfert ablationem poenae aeternae, seu commutationem poenae aeternae in poenam temporalem: at verò remissio poenae temporalis potest fieri sine infusione gratiae, ut statim dictum fuit.

Atque ut in remissione venialium, etiam extra Sacramentum, reperiretur remissio alicujus poenae, quia congruum videtur, quod minus puniatur ille, qui non retinet culpam, quam ille, qui eam retinet; equidem negatur Consequentia: ergo in satisfactione cum remissione poenae invenitur aliqua infusio gratiae; quia constat nobis, per Indulgentias remitti poenas absque ulla infusione gratiae.

Præterea obijcitur Conclusioni: Si satisfactio præcederet Absolutionem, poenitens

acciperet majorem effectum gratiae ex opere operato, ergo etiam quando sequitur.

Respondet N. C. quia quando præcedit, melius disponit poenitentem ad susceptionem Sacramenti: porro Sacramentum causat gratiam sanctificantem ex opere operato, juxta dispositionem subjecti, ut patet ex dictis disp. 1. sect. 5. concl. 1. Numquid bene sequitur: Si opera bona non satisfactoria præcederent Absolutionem, poenitens majorem acciperet effectum gratiae ex opere operato; ergo etiam quando Absolutionem sequuntur? Liquidò constat, quòd non.

Deinde gratis admissò, quòd satisfactio præcedens cum Contritione, Confessione & Absolutione causaret gratiam sanctificantem ex opere operato (quòd tamen falsum est, quia cum Scoto exillimo, solam Absolutionem causare ex opere operato gratiam sanctificantem; quoniam hæc sola sensibiliter significat remissionem peccatorum; de quo alibi latius egimus) adhuc non sequeretur, satisfactionem concurrere ad effectum gratiae, quando Absolutio præcessit; quia jam tunc invenit effectum positum; sicuti Multi docent, illa verba formæ Absolutionis: *A peccatis tuis*, concurrere ad effectum gratiae, quando præcedant *Te absolvo*; secus, quando sequuntur.

Quin immò non pauci inveniuntur, qui negant, species sanguinis, sumpta post species corporis Christi causare effectum gratiae, quia jam inveniunt eum causatum; tamen, si antecederent sumerentur, eum indubie causarent. Pari ratione docent Aliqui, per primam Unctionem conferri totum effectum gratiae in Sacramento Extremæ Unctionis, tamen si aliæ Unctiones sint partes integrales, immò partialia Sacramenta, eodem modo quo Consecratio sanguinis. Quid ergò mirum, si satisfactio non causet effectum gratiae, quando invenit eum causatum à prævia Absolutione, est sit pars integralis Sacramenti Poenitentiae? Quippe adhuc aliquem effectum causat, scilicet remissionem poenae temporalis, saltem communiter; quia raro evenit, ut nihil restet poenae temporalis exolvendum.

Dices cum Suarrio disp. 38. sect. 2. n. 3. ubi tenet oppositum Conclusioni: Satisfactio non solum est in vindictam & remissionem poenae, sed etiam ac præcipue in curationem & medicinam; sed ad hunc effectum maximè necessaria est gratia: ergo &c.

Respondet ex Suarrio ibidem n. 2. Satisfactio potissimum instituta est ad remissionem poenae temporalis. Et infra: Hæc pars hunc maximè effectum significat; nam est quædam purgatio peccati, & commutatio poenae vitæ futuræ in talem poenitentiam: ergo maximè significat remissionem illius poenae. Hæc ille. Ad hanc autem remissionem non est necessaria gratia habitualis.

Vuuuu 2 Planè

Dilatatur, Efficitur, non ideo subsequenter

12. Efficitur, non ideo subsequenter

13. Tertia obijcitur

Responsio

9. Soli Absolutio

10. Obijcitur

Solutio

11. Alia obijcitur

...entia. ...atisfactio confer gratiam ...auger eam prout est in ...Baptismus in ...ere, quia Lugo disp. 21. ...rba non debere explicari ...ia sanctificantis proprie ...orout Baptismus in ...ntum gratia sanctifican ...e de perfecto effectu gra ...tis, non tantum quod ...uod poenam. Ita enim ...elicus 4. dist. 16. q. 1. ...d 3. Dicendum (inquit) ...faciendi gratia conferat, ...alis gratiam præsupponat, ...satisfactionem consequatur ...um gratia peccatum abo ...lter a reatu peccati, per ...poenae temporalis, quæ ...ationem per Contritio ...m, remanet exolvenda ...ent. sess. 14. c. 3. et ...ontritio, Confessio & ...Poenitentia non aut ...ad infirmitatem seu r ...antur; sed: Quædam in ...Sacramenti, ad plene ...rum remissionem ex Do ...quid autem Conc. intel ...plenam & perfectam, ...Per Baptismus Christi ...in illo efficiuntur creatura, ...atorum omnium remissio ...t, remissionem omnis ...am novitatem & integritatis ...entia sua magis ne ...id est, sine satisfactione ...infirmitate, pervenire nequ ...sit pars Poenitentiae, de ...ateriam constituat cum ...tione, & unum aliquod ...m cum Absolutione, ...causet gratiam sanctifi ...a non est effectus Sacra ...t sufficit, quòd causet ...tæ est altera pars effe ...sicuti remissio poenae ...Sacramenti Baptisma ...arat D. Tho. supra ...atione Baptismo in exe ...quam, non quoad om ...ad effectum remissionis ...sicut Baptismus in exe ...m, quam non remittat ...ita quoque satisfactio ...us simul conferat gra ...non ideo fit, quia ad ...remissio.

Planè, inquis; sed est necessaria ad curationem & medicinam, quæ etiam est effectus satisfactionis. Respondeo: Est effectus maxime fallibilis, quo sapissime satisfactio frustratur, ut experientia patet: ad hunc autem effectum videtur sufficere gratia habitualis collata per Absolutionem sacramentalem.

14. Satisfactio non causat gratias actuales.

Putant Nonnulli, satisfactionem, etsi non augeat gratiam habitualem, conferre tamen gratias actuales; sed & hoc negat nostra Conclusio, quia, ut probabile docuimus disp. 1. sect. 4. concl. 4. Sacramenta causare gratias actuales cum eadem proportionem æqualitatis vel inæqualitatis, quâ gratiam habitualem; & concl. 10. Sacramenta conferre auxilia specialia tempore opportuno, dummodò gratia habitualis non sit amissa: ergo si satisfactio non causat ex opere operato ullam gratiam habitualem, per consequens etiam non causat ulla gratias actuales. Si ergo aliqua gratia actuales forent necessariae ad effectum satisfactionis, ad illas sufficeret ipsum Sacramentum Pœnitentiæ seu Absolutio, tamquam causa gratiæ habitualis, & ex consequenti specialium auxiliorum pro tempore opportuno, si quæ necessaria sint ad effectum illius Sacramenti. Vide disp. 1. locis allegatis.

15. Quæ ratio satisfactio ordinatur ad medicinam.

Itaque satisfactio non aliter dicitur ordinari ad medicinam & curationem, nisi quatenus debet esse talis, quæ aliquo modo possit frenare peccatorem timore sui ad recidivam fugiendam, ut clarè significat Conc. Trident. sess. 14. c. 8. ibi: *Procul dubio enim magnopere à peccato revocant & quasi freno quodam coercens hæc satisfactoria pœnæ, cautioresque & vigilantiores in futurum pœnitentes efficiunt. Medentur quoque peccatorum reliquiis, & vitiosos habitus, male vivendo comparatos, contrariis virtutum actionibus solunt.* Quòd autem hoc faciant ex opere operato, vel quòd ad illud faciendum sit necessaria alia gratia habitualis, vel alia auxilia actualia, quàm illa, quæ ex opere operato causat Absolutio, nusquam meminit, vel verbulo indicat Conc.

16. Quis sit status horum verborum: Passio Domini nostri Jesu Christi, merita B. Mariae Virginis & omnium SS. quidquid boni feceris & mali sustinueris, sint tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiæ, & primum vniæ aeternæ, Amen. His (inquam) verbis non imponuntur omnia illa pœnitenti in satisfactionem sacramentalem (ut nimis manifestum est) sed precatur Sacerdos, ut ea omnia conducant eo modo, quo solent bona opera conducere; aliqua immediatè, alia mediatè; aliqua per modum meriti ex opere operantis, alia per modum imperationis tantum. Precatur, dico, Sacerdos, ut Deus dignetur illis operibus induci ad concedenda majora auxilia efficaciam,

quibus pœnitens bene operetur, augeatque gratiam habitualem, ac ratione illius præmium vitæ aeternæ. Proinde ex istis verbis nulla inferretur causalitas gratiæ habitualis vel actualis ex opere operato.

Si autem à me quaeritur, quid ergo satisfactio causet ex opere operato? Respondeo cum DD. communiter remissionem pœnæ temporalis. Probatur (inquit Herinx hic disp. 4. n. 26.) quia sicut Sacramentum integrum, ita quælibet ejus pars debet habere vim efficiendi ex opere operato id, ad quod directè est instituta: atqui satisfactio sacramentalis est instituta ad delendas pœnas (ut constat ex Trident. sess. 14. c. 3. & communi sensu fidelium) ergo &c. Confirmatur: quia cetera Sacramenta & Sacramentorum partes habent suos proprios effectus ex opere operato, & specialiter ipsa Absolutio in presenti Sacramento sic habet pro effectu remissionem peccati quoad reatum culpæ; ergo similiter satisfactio habet suum proprium effectum (qui est iuxta Trident. suprâ, plena & perfecta, etiam quoad reatum pœnæ; remissio peccati) ex opere operato. Hæc ille. Quæ; meo judicio, salvo meliori, indigent aliquâ explanatione.

Alioquin Scotista aliquis simili modo posset argumentari & dicere: sicut Sacramentum integrum, ita quælibet ejus pars debet habere vim efficiendi ex opere operato id, ad quod directè est instituta: atqui Confessio sacramentalis est instituta ad delenda peccata, ut constat ex Trident. sess. 14. c. 3. & communi sensu fidelium; ergo &c. Minor probatur: quia Trident. eodem modo loquitur de Contritione, Confessione & Satisfactione, dicens eatenus esse partes Pœnitentiæ, quatenus in pœnitente ad integritatem Sacramenti, ad plenamque & perfectam peccatorum remissionem ex Dei institutione requiruntur. Ergo si satisfactio propterea debet habere effectum aliquem ex opere operato, etiam Contritio & Confessio: non remissionem pœnæ; quia hæc est effectus satisfactionis; igitur remissionem culpæ; cum tamen Scotista cum suo Magistro communiter doceant, solam Absolutionem causare remissionem culpæ ex opere operato, ut patet ex dictis sect. 2. concl. 3. Quæ ergo ratio disparitatis?

Respondeo: quia sola Absolutio significat remissionem culpæ, per consequens gratiam sanctificantem tantum necessariam ad hanc remissionem; et gratia sola ex opere operato causat hanc remissionem & gratiam: Sacramenta quippe non causant ex opere operato nisi quod significant. At verò remissionem pœnæ non sola Absolutio significat, sed etiam ipsa satisfactio, utpote opus aliquod penale, æquivalens physice, vel moraliter, pœnis temporalibus Purgatorii. Quid ergo mirum, si eam ex opere operato causet?

Alioquin

Alioquin cramentum, nalia, quæ gratia. Ceter Sacramentia suggestiones & pœnitentia nientes satisfactio, profectò, ex nem accipere nam tempore mine Christi pœnam præquam, ex vitæ moralis pœna futu

Nec videtur impositum Sacramenti situm à Satisfactione enim æquationem pœnis (nam jejunium) etiam eadem quia utrum impositum mittat ex quàm remittitur Sacramenti pars Sa que concussione peccati quòd unum Quidni ergo lem vim fa

19. Obiectio.

Dices: currunt ex missionem & tamen calem effectatione sunt Contritio Nam etiam potest rem

Solutio.

Respon liter conce cessario ex ut Absolut set remissi aliquam g Consequen effectus Abs dixi) illa confertur positâ nun in remissi (ut Multi aliquid pœnem totum positâ ita

Alioquin nihil amplius haberet ratione Sacramenti, quàm quæcumque opera bona pœnalia, quæ post Absolutionem fiunt in statu gratiæ. Cur igitur tam sollicitè Ecclesia moneat Sacerdotes, ut, quantum spiritus & prudentia suggererit, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate, salutares & convenientes satisfactiões injungant? Signum profectò, ex præcepto Sacerdotis satisfactiõnem accipere specialem vim remittendi pœnam temporalem: ipse quippe est, qui Nominè Christi commutat pœnam Purgatorii in pœnam præsentis sæculi, quod non est aliud, quàm, ex institutione Christi, pœnam hujus vitæ moraliter æquivalere, seu satisfacere pro pœna futuri sæculi.

Nec video quâ aliâ ratione opus pœnale impositum à Confessario possit dici pars hujus Sacramenti, magis quàm opus pœnale impositum à Superiore extra Sacramentum: hoc enim æquale prorsus habebit effectum remissionis pœnæ, siue consideres substantiam operis (nam suppono utrumque esse, v. g. jejunium) siue honestatem obedientiæ, quæ etiam eadem est in utroque opere (ut patet) quia utrumque est præceptum. Nisi ergo opus impositum à Confessario aliquid pœnæ remittat ex opere operato, id est, aliquid plus, quàm remitteret impositum à Superiore extra Sacramentum; nescio quare unum sit potius pars Sacramenti, quàm aliud, cum utrumque concurrat ad plenam ac perfectam remissionem peccatorum, cum hac sola differentia, quòd unum ex institutione Christi, aliud non. Quidni ergo illa institutio tribuat ei specialem vim satisfaciendi? Noli dubitare.

Dices: Etiam Contritio & Confessio concurrunt ex speciali institutione Christi ad remissionem culpæ in Sacramento Pœnitentiæ, & tamen non habent propterea aliquem specialem effectum ex opere operato: quæ ergo ratione sunt partes Pœnitentiæ potius, quàm Contritio & Confessio extra Sacramentum? Nam etiam Contritio extra Sacramentum potest remittere peccata.

Respondeo: Eatenus sunt partes & specialiter concurrunt, quatenus sunt aliquid necessariò ex institutione Christi prærequisitum, ut Absolutio sacramentaliter significet, & cause remissionem peccatorum. Ergo causant aliquam gratiam ex opere operato, negatur Consequentia; quia gratia est immediatus effectus Absolutionis, utpote quæ sola (sicut dixi) illam significat, & quæ posita statim confertur gratia ex opere operato, & quæ non posita numquam confertur. Secùs contingit in remissione pœnæ temporalis: licet enim (ut Multi volunt) per Absolutionem statim aliquid pœnæ remittatur, tamen ad remissionem totius pœnæ requiritur satisfactio, quæ posita statim absque ulteriori Absolutione

confertur remissio totius pœnæ, si verè est proportionata (ut habet sequens pars Conclusionis) vel alicuius partis, maioris aut minoris, secundum eius æquivalentiam & dispositionem pœnitentis.

Enimverò (prout supra indicavimus) Sacerdos imponens satisfactiõnem, commutat pœnam Purgatorii in pœnam præsentis vitæ: cumque id faciat auctoritate ejus, qui potest commutare, id est, auctoritate Christi, cujus vices gerit in Sacramento Pœnitentiæ, nisi Clavis erret, quidni consequatur suum effectum? Si ergo pœna est à parte rei proportionata, hoc est, talis, quam Deus exigit ad satisfaciendum pro tali reatu pœnæ, v. g. pœna ut 4. hujus vitæ pro reatu pœnæ ut 4. Purgatorii, procul dubio totum illum reatum debet: si fuerit minor, minorem partem; v. g. Confessarius propter infirmitatem vel impotentiam pœnitentis, aut ne exponatur periculo non implendi pœnitentiã, imponit modicam aliquam satisfactiõnem, nullo modo culpæ proportionatam, v. g. pœnam ut 2. cum restet solvenda in Purgatorio pœna ut 8. certum est, secundum Omnes, satisfactiõnem illam ut 2. non delere pœnam Purgatorii ut 8. sed duos tantum gradus, quibus æquivaleret, nisi fortè dispositio subiecti suppleat illum defectum.

Etenim sicut melius dispositis confertur major gratia per Sacramentum, ex se minus efficaç; sic non est ulla ratio, quare etiam melius dispositis non confertur remissio majoris pœnæ per satisfactiõnem, ex se minus efficaçem. Quippe tam efficaç est satisfactio in ordine ad remissionem pœnæ, quàm Sacramentum in ordine ad collationem gratiæ. Per consequens quæ sit melior dispositio in ordine ad remissionem pœnæ, facillè colliges ex iis, quæ diximus disp. 1. sect. 5. in principio, de meliori dispositione in ordine ad gratiam.

Solum hic addo; magis certum esse, gratiam conferri juxta dispositionem subiecti quàm remissionem pœnæ: nam de gratia expressè id docet Concil. Trid. sess. 6. c. 7. ibi: *Iustitiam in nobis recipientes unusquisque suam, secundum mensuram, quam spiritus sanctus partitus singulis prout vult, & secundum propriam cuiusque dispositionem & cooperationem.* De remissione autem pœnæ in hoc vel alio Concilio nihil simile reperitur, sed simpliciter decernitur hominem posse satisfacere pœnis, Sacerdotis arbitrio pro mensura delicti impositis. Interim DD. communiter, quod de gratia docet Trid. extendunt ob similitudinem seu identitatem rationis ad remissionem pœnæ.

Sicut enim Sacramentum causat gratiam instar cause naturalis, quæ sanè eò perfectiorem producit effectum, quò subiectum invenit perfectiùs dispositum; ita etiam satisfactio, seu Sacramentum per satisfactiõnem causat remissionem pœnæ instar cause naturalis; ergo perfectiorem remissionem in subiecto perfectiùs disposito.

Uuuu 3

20. Satisfactio si est proportionata tollit totam pœnam.

Melius dispositis confertur remissio majoris pœnæ.

21. Magis certum est gratiam conferri juxta dispositionem subiecti, quàm remissionem pœnæ.

19. Obiectio.

Soluitur.

penitentia. e operetur, augere ratione illius prænam ex istis verbis nulla habitualis vel nulli ritur, quid ergo satisfactio operato? Respondeo cum remissionem pœnæ temporalem Hericx hic disp. 4. Sacramentum integrum debet habere vim effectivam id, ad quod directè satisfactio sacramentalis est pœnas (ut constat ex 3. & communi sensu confirmatur: quia cetera mentorum partes habent ex opere operato, & utio in præsentis Sacramenti effectum remissionem peccatorum; ergo similiter satisfactio effectum (qui est plena & perfecta, etiam remissio peccati) ex ille. Quæ meo iudicio, sunt aliqua explicatio. Aliquis simili modo possit: sicut Sacramentum eius pars debet habere re operato id, ad quod atque Confessio facta ad delenda peccata, ut ff. 14. c. 3. & communi &c. Minor probatur modo loquitur de Contritio & Satisfactione, dicens pœnitentiæ, quatenus in Sacramento, ad plenam remissionem ex Divinis, si satisfactio propterea aliquem ex opere operato & Confessio: non remissio hæc est effectus satisfactiõnem culpæ; cum tamen Magistro communiter Absolutionem causare re opere operato, ut patet 1. 3. Quæ ergo ratio dicitur Absolutio significat per consequens gratiam necessariam ad hanc gratiam sola ex opere operato em & gratiam: Sacramentum ex opere operato causat gratiam. At verò remissionem utio significat, sed etiam opus aliquod pœnæ, vel moraliter, pœnis Purgatorii. Quid ergo mirum, si causet?

Alioquin

Et dicitur dispositio. Et sicut homo quod magis sanctus est, eò dignior est, ut magis sanctificetur; cur non etiam sit eò dignior, ut accipiat perfectiorem remissionem pœnæ?

22. Major devotio etiam tempore quo satisfactio impletur, augeat effectum.

Et veluti planè conveniens fuit, ut accedens cum maximo fervore & devotione ad Sacramenta, plus gratiæ acciperet ex opere operato, quàm accedens cum remissa dispositione seu parva devotione; sic quoque planè conveniens fuit, ut satisfaciens cum maximo fervore & devotione, plus remissionis pœnæ acciperet ex opere operato, quàm satisfaciens cum parva aut nulla devotione. Ita ut major devotio, non tantùm quæ adest tempore Absolutionis, quando Sacramentum essentialiter constituitur; sed etiam tempore, quo satisfactio adimpletur, augeat effectum remissionis pœnæ, ut exillinat Lugo disp. 25, n. 27. & Alii cum ipso.

Ergo. Probatur ex ratione.

Ratio est: quia tunc perficitur Sacramentum integraliter, sive in ordine ad illum effectum: ergo sicut attenditur dispositio præfens, quando infunditur gratia (nam Baptismus reviviscit ad effectum gratiæ juxta præfentem subjecti dispositionem, ut latius deduximus disp. 1. sect. 6. concl. 2.) consimiliter attendi debet dispositio præfens, quando remittitur pœna, id est, quando impletur satisfactio; tunc enim, & non antea fit remissio pœnæ, ut Omnes docent.

23. Probatio à simili.

Nonne si quis haberet dispositionem ut 2, quando incipit ordinari vel baptizari, & intendere eam usque ad 4. ante completam ministracionem Sacramenti; acciperet effectum gratiæ secundùm dispositionem ut 4. Ergo similiter hic: quamvis enim sententia prius fuerit prolata, tamen nunc applicatur materia seu quasi materia; & illa sententia solum obligabat ad applicandam talem materiam, elevans illam ad totum effectum, quem posset habere; ergo ad effectum secundùm dispositionem, quæ erat tempore sententiæ; nam in virtute sententiæ operatur; & quæ nunc est tempore, quo satisfactio præcepta & elevata exhibetur, id est, quo illa pars quasi materiæ Sacramenti Pœnitentiæ applicatur.

24. Certum videtur unum opus magis satisfacere ex opere operato, quàm aliud.

Ceterùm qui mordicè negaret effectum remissionis pœnæ conferri juxta dispositionem, distinctam ab ipsis operibus satisfactoriis, arbitror quia difficulter convinceretur, & de errore argueretur: quia (sicut dixi) nihil in Scriptura vel Conciliis de hoc puncto reperitur definitum, & à paritate rationis non efficitur argumentum in his, quæ pendent à beneplacito divino.

Dico; Distinctam &c. quia certum videtur, unum opus satisfactorium sicuti magis satisfaciens facit ex opere operantis, quàm aliud sita etiam magis satisfacere ex opere operato. Hinc Conc. Trid. sess. 14. c. 8. Debent (inquit) Sacerdotes Domini, quantum spiritus & prudentia suggererint, pro

qualitate criminum & pœnitentium facultate salutaris & convenientes satisfactions imponere, ut si forte peccatis committant, & indulgentiis committentibus agant, levissima quedam opera pro gravissimis delictis imungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Ergo pro gravissimis delictis gravissima opera injungenda sunt, tum ut per illa plenè satisfiat pro pœnis debitis in Purgatorio, tum ne homines facilius in eadem gravissima delicta recidant. Ergo gravissima opera magis satisfaciunt tum ex opere operantis, tum ex opere operato, quàm levissima.

Sed cum hæc satis consent, quæstio satis controversa est: An si Sacerdos imponat pœnitentiam, quam omnibus consideratis bonâ fide putat esse proportionatam, id est, talem, qualem Deus exigit ad satisfaciendum pro reatu pœnæ restantis, an, inquam, per hæc pœnitentiam, estò à parte rei non sit proportionata, extinguatur tamen totus reatus pœnæ debiti? Ad quam Respondeo, & Dico tertio:

CONCLUSIO III.

Satisfactio, quæ, omnibus ritè consideratis, à Confessario judicatur æquivalens pœnæ restanti, totam delet, estò non attingat punctum ejus indivisibile.

Hæc est sententia Doctoris Subtilis 4. dist. 19. q. unicâ n. 26. ubi sic lego: Dico ergo, quod sicut in aliis commutationibus si una commutativa habet aliquam latitudinem, quod non respicit in commutationibus indivisibile, sed medium recte rationis; ita injustitia puniiva, quæ est commutativa pœnæ pro culpa, non respicit necessariò gradum indivisibilem pœnæ correspondentem huic culpa; sed est ibi aliqua latitudo, infra quam pœna minor non sufficit, & ultra quam pœna maior non est imponenda; & extra totam istam latitudinem clavis citra vel ultra ligans, errat: & tunc non invenit, quæ solvitur in terris, non solvitur in caelis, id est, non satisficitur; sed intra latitudinem non errat, & ideo arbitrium satisficitur in tantum, quod quidquid imponitur intra illam latitudinem, hoc oportet implere; & si hic non impletur, residuum in Purgatorio exigetur; & si minus imponatur & expleatur, nihil minus exigitur in Purgatorio.

Isud autem medium (prosequitur Scotus) in ista latitudine, possibile est esse homini notum per legem Dei, cum adutorio rationis naturalis; & ideo obligatio ad hoc medium latum, est ad possibile homini sine miraculo speciali, & sine casu & fortuna.

Ex quibus verbis desumitur primum argumentum contra oppositam sententiam pro non

argumen- tum pro Conc. Trid.

loc. Flor.

ergo est scilicet

27. Confirmat.

Strenuus est

Allud argu- mentum scilicet.

Episcopus

fra Conclu- tatem ligantem. scilicet. 1. solvendum dicitur etiam antiqui- que habet p- & peccator to Eugeni (pars Pœni- cundim arbitri- arbor inter- nulli commi- aliqua civili- nunquam e- diligentiâ, & scientiam & per miraculo- tionem Dei- judicare seu- spondente p- factio corre- dùm mediu- nisi ex casu- Hoc argu- num, 25. h- mittitur potest- arbitrium n- diligentiâ p- à casu vel p- diligentiâ, & potest perti- Deus iudicat- tingat; hoc- nec erit rati- non habet au- Confirmat- Deus dederit- quod ipse vol- tamen quod- nihil ratifica- ciale. Item; m- hac conditio- tem unus p- posset nesci- in iudicio Pa- inter quos ej- præcisè ad- visigret; & voluntate De- Ecclesiæ. Item; si- tulum maor- probabile, ergo si aliq- detur suffic- illam punctu- non oportet- vna infus- nostra Co- Hiquæ us- fra